

cuius statum perpetuis temporibus prosperari petimus adiutoriis, pro nostrorum huiusmodi exoneracione debitorum necessario inniti debeamus, summa nos vrgente necessitate, medietatem decimarum omnium regni nostri Swecie ecclesiarum, ex promissione prelatorum ibidem in quantum eis de iure competit nomine mutui recipiendam duximus ad vsus nostros, pro debitorum ipsorum euacuacione penitus conuertendam obligantes nos per presentes ad congrue satisfaciendum ipsis ecclesiis, anno iam proximo futuro de decimis memoratis, et fideliter promittentes, nos earum decimas nunquam de cetero vel in parte vel in toto petituros vel aliquo aliter percepturos, antequam de decimis huiusmodi per nos ad presens receptis, fuerit congrue satisfactum, Verum si aliquo dictarum decimarum [c: ecclesiarum] facultatum suarum subsidiis adeo destitute fuerint, quod pro luminaribus vel aliis necessariis ad sui fabricam et cultum diuinum spectantibus nequaquam sufficiant, tales ab exhibicionibus decimarum huiusmodi decreuimus eximendas, Vt autem ipsarum ecclesiarum eo attentius caueatur incommodis, dictas decimas per clericos singularum dyocesium, ad hoc per prelatos specialiter deputatos colligi volumus, ac per eosdem nostris nunciis super leuandis eisdem mandatum nostrum speciale habentibus sub certo computo fideliter assignari. Datum ørabro Anno domini, 1333, Sabbato proximo post octauas Epiphanie.

2960.

1333 d. 16 Jan.

CARL BENGTTSSON upplåter sin jord i Östra och Vestra Djula åt Sigge Magnusson.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presentes litteras inspecturis RARULUS BENDICSSON in domino salutem sempiternam, Tenorepresencium constare volo singulis euidenter me nobili viro siggoni magnusson terram meam in østredyulum et vestredyulum cum omnibus pertencenciis(!) penitus assignasse iure perpetuo possidendam, quam terram meis heredibus denego hereditari, sed siggoni terra predicta suisque heredibus iure hereditario cedat. perpetuo posidenda jn cuius rei euidentiam siggilla discretorum virorum, domini karuli næskononxsson, domini magni bendicsson et domini anundi sturu, vna cum siggillo meo, peto instantiis [c:-cius] presentibus apponenda datum anno domini M° CCC° XXX° tercio sabato post octauam epiphanie.

Sigillen borta, 2 remsor kvar.